



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

173 Priusqua[m] vacarent beneficia conferri nunqua[m] licuisse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

tum & inculcatum c. 2. totoque tit. de concess. præbend. & eccles. non vacant. c. audiimus. 3. q. 2. & c. non furem. 7. q. 1. similibusque locis de viui successione loquentibus. Ac licet à gratis talibus expectatiuis nunc amplius periculum non sit Collatoribus ordinariis quamdiu Concilij Tridentini decreta vigent vel absoluta potestate sua Põtifex non vitur, nominationes tamen Vniuersitatum facessunt adhuc eis negotium Concilio Tridẽtino non reuocatae sess. 25. c. Reform. 9. contra quales nominatos an & hæc Bonifaciana valeat, paulò post oportuniùs quæretur in singulis huiusce c. clausulis excutiẽdis quas ordine persequamur.

Ait Pont. *beneficia proximè vacatura expectent.* Igitur expectantes alioquin huiusmodi, ceteris omnibus præter permutantes erant in beneficiis vacantibus adipiscendis præferendi. quales quidem si fuerint numero plures, qui prior est tempore potior est iure c. quia sæpè dubitatur. s. de præbend. quæ tamen regula frequenter inter eos fallit: vtpote si vel negligens fuerit prior in petenda præbèda primùm vacante c. si clericus. s. de præbend. vel prior præbendam solã expectet, secũdo dignitatem & præbendã expectante, ac postea vacet præbèda quæ dignitati sit annexa d. c. quia sæpè dubitatur. s. de præbèd. vel gratia prioris reuocetur propter secundũ c. quodã per literas. penul. s. de præbend. vel denique postremus ordine prærogatiuam habeat à Põtifice, quemadmodũ luculẽto & elegãti docet exẽplo Bonifacius

g iij hic no-

173

*Priusquã vacarent beneficia conferri nunquam lib. c. uis.*

174

*Vniuersitatis nominationes Ordinariis collatoribus permolesta.*

175

*Expectantes omnibus præferendi.*

176

*Postiores quando prioribus præferantur.*